



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In D. Petri Apostoli Epistolam Vtranqve, Heinrychi
Bullingeri Commentarius**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1534

Argvmentvm Epistolae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36052

A R G V M E N T V M

Epistola.

Obscurior paulò est prior Petri epistola, non modo propter sententias reconditiores, sed & propter ordinem perturbatiorem asperioresq; quem nos in presentiarum uel complanare, uel certe alijs occasionem subministrare istud dexteriorius absoluendi, conabimur. Consilium certum nemo Status. (opinor) præfixisset, nisi ipse Petrus adiecisset ad finem epistolæ, Per Syluanum uobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis scripsi, adhortans ac testificans hanc esse ueram gratiam Dei in qua statis. Hinc enim colligimus hanc esse epistolam hortatoriã simul & expositoriam. Ita enim fideles hortatur in ea fide quam acceperant, neglectis afflictionibus perseuerent, ut interim summarium religionis & fidei fundamenta ubiq; ponat, deniq; et Christiana perstringat officia. Desultoria enim est. Persecutio à fide uel absterrebat, uel prorsus auocabat (ut fit) plurimos, potissimum ergo hortatur ad patientiã, qui huius epistolæ ueluti Patientia. primarius scopus est: cui protinus attextitur alius non minus infrequens, ad cõfirmationem tamen superioris Fides uera pertinentis, uerissimam esse prædicationẽ quæ de fide Christiana ipsis sit prædicata. Id etenim hoc attextitur consilio, ne isti se frustra in caussa non bona pati ti-

ARGUMENTVM.

Innocentia. merent. Veritati huic adiungit pietatis sinceritatem integritatemq; deflectens ad innocentiae studium, quo in loco non minore diligentia frequentiaue laborat quam in superioribus. Maximas enī partes & primi & secundi capituli huic impendit, adhortans ut vitam uiuant sanctam & sua uocatione dignam. Hæc autem omnia generatim prosequitur. Absoluta uero fide & uitæ innocentia, quæ ueræ pietatis summa est, speciatim pertractat Christiana quædā eaq; apprime necessaria officia, docēs quid debeamus magistratui, legibus, quid deceat seruos, quid coniugatos: breuiter Christi exemplo ad maximas quasq; uirtutes potissimum uero ad patientiam & innocentiam uitæ animat, ubiq; amolens quod impedire, & ad mouens qd̄ promouere ad hæc poterat, idq; agit à fine secundi cap. per tertium & initia quarti. Nam sub finem huius miro ardore miraq; euidentia tolerantiam suadens afflictiones attenuat. In 5. autem ad officiorum institutionem rediens, instituit Episcopos, hortaturq; ad humilitatem animi et accuratam uigiliam. In summa, Varia est epistola, & ueluti locis luxurians communibus: in quibus tamē primas tenent, fidei in Christum ueritas, uitæ innocentia (sub qua recensentur uaria officia) sanctaq; tolerantia. Maxima ergo ex hac expectes licebit, quæ fidei Christianæ uis & ueritas, quæ uera religio, quæ ueræ fidei opera, quæ Christi
fianorū

Cruce & afflictio.

Humanorum officia, quae patientiae dignitas &c.

Erudita uero est, & profecto digna (ut Eras. ait) Dicitur
apostolorum principe, plena authoritatis ac maiesta-
tis apostolicae, uerbis quidem parca, sententijs uero
differta. Scriptam aiunt e Babylone per Sylluanum.

INSCRIPTIO.

Petrus Apostolus Iesu Christi
aduenis sparsim incolentibus
Pontū, Galatiam, Capado-
ciam, Asiam, & Bithyniā des-
lectis iuxta praefinitionē Dei patris per
sanctificationē spiritus in obedientiam
& asperionem sanguinis Iesu Christi.
Gratia uobis & pax multiplicetur.

Ἐπιγραφή duo habet praecipua, tertium ueluti
ὑπότιτλος, attamen lepidum & saluberrimum est.

Primo enim proditur epistolae author **PETRVS** Petrus
ille quondam Christo dilectus uir, de quo plurima ^{apostolo-}
scripserunt Euangelistae. Hunc ueteres principem ^{rum prin-}
apostolorum dixerunt, non quod primatum apud apo-
stolos fuisse putarent, qualē neoterici contra scriptu-
ras tuerentur, sed quod ceteris ardentior, primas ferē
in agendo dicendōq; apud Dominum in ordine apo-
stolorum teneret, & quod ipsi gratia pra multis co-
piosior a Deo data esset, unde & ceteris nonnunq̄